



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

360. Feria 4. Diminic.[sic!] 3. Adventûs. De Anima D. Jesv. plena gratijs
gratis datis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 3. Domin. 3. Adventus. 643

Anima Christi fuit omni scientiâ infusâ beataque repleta, quia erat Deum amatura super omnem dilectionem hominum, etiam in statu innocentiae, etiam Angelorum, Viatorum & Comprehensorum.

Conf. 2. Scientiam D. Iesu habuisse easdem doctes, quas habet Sapia de caelis. Iac. 3. Quae est *Pudica*, quia casta, pura, intemerata, ab omni libidine, & à quâvis iniquitate pravæ doctrinae, erroris, vel vitij, *Pacifica* quia non seditiosa, vel contentiosa. *Modesta*, mansueta, demissa, humilis, moderata, humana, facilis: Non superciliosa, morosa, difficilis. *Suadibilis* quia tractabilis, morigera cui facile persuadetur, quae facile paret, obsequiosa. *Bona consentiens* bonis rebus quàm hominibus, plena *Misericordiâ & fructibus bonis*, id est bonis operibus. *Non iudicans* aliena dicta vel facta, nec in superbe, fastidiose, vel fastidians. *Sine simulatione*, sincera sine furo, sine hypocrisi. *Petâ* scientiâ præsertim practicam agendorum, cuius defectu tot committuntur defectus.

MEDITATIO CCCCLIX.

*Feria 4. Domin. 3. Adventus,
De Anima D. IESU plena gratijs
gratis datis.*

Aspiciam in Domini Iesu anima omnes gratias reliquas, sicut in capite sunt omnes

OMNES

644 FERIA 4. DOMIN. 3. ADVENTUS.

omnes sensus. Petam partem aliquam earum
obtinere, quibus opus est.

Conf. 1. Gratiis gratis datas esse operatio-
nes supra naturam ad aliorum potius bonū
quā proprium utiles, & sunt novem qua-
rum alie spectant ad cognitionem, alie ad
sermonem, alie ad operationem. 1. ad Cor.
12. 1. Est *Prophetia*, ratio prophetie est co-
gnitio distantium, eam habuit Christus, quā
Viator, & Comprahensor, quia vel per scientiam
infusam, vel visionem beatificam scivit
omnia. 2. *Discretio spirituum*, quæ est scientia
secretorum cordis, vel dijudicatio inter bo-
num & malum Spiritus. Christus habuit
utrumque. *Ipsse enim sciebat quid esset in homi-
ne.* Ioan. 3. Petam hoc donum mihi neces-
sarium, ne in Dei simulatu erret: quia origo
tentationum a diabolo etiam contra Christū
fuit, quod eum putaverit spiritualium
pugnarum imperitum. 3. *Interpretatio sermo-
rum*, quæ est Lux Spiritus S. ad penetrandos
intimos sensus sermonum, quos habuit
Christus, quia fecit hostes obtutescere suis
responsis, Math. 22. Et interpretatio scriptu-
rarum, quæ est similis lux Spiritus S. ad pene-
randos intimos sensus scripturarum: Hanc
habuit Christus Luc. 4. 4. *Sermo Scientie*
qui est in suadendo & delectando: Hunc ha-
buit Christus, Quia nunquam sic locutus est ho-
mo.

Feria 4. Domin. 3. Adventus. 645

no. Ioan. 7. 5. *Sermo Sapientia*, quæ est in do-
cendo: Hanc habuit Christus. *Mirabantur de-*
que procedebant de ore eius Luc. 4. 6. *Do-*
nam linguarum, Id oritur ex scientia & facul-
tate naturali elevata. Id habuit Christus, qui
fuit universalis & perfectus Doctor omnium.
7. *Operatio virtutum*, id est animarum justifi-
catio, quam unice habet Christus. 8. *Gratia*
spirituum, id est corporum curatio, quæ fuit
mirabilis in Christo, solius fimbriæ attactu,
solum sputo, soloque verbo curans ægros.
Imò suscitans mortuos. 9. *Gratia fidei*, ut est
indubitatus assensus: Hanc habuit Christus.
Ioan. 11. *Ego autem sciebam, quia semper me audis.*
Conf. 2. Cum hæc dona possint esse in Dei
inimico. Math. 7. Petam eorum loco Char-
tatem, quæ major est Sapientiâ, quia contem-
plationem continet; major intellectu, quia
magis omnia melius docet. Major fide, quia
transfert cor sursum in cælum usque: major
miraculis, quia mortem & infernũ superat:
major operationibus virtutum, quia contra-
ria agit toti mundo; major prophetiis, quæ
evacuabuntur, charitas nunquam excidet.
Major revelatione secretorum cordis, quia
revelat Deum; *quod ardentius Deum dilexerimus,*
certius eum videbimus, inquit D. August. L. 8.
de Trin. penult. Major linguis, quia habet
linguas igneas; major interpretationibus,
quia

646 *Ferias, Domin. 3. Advent.*

quia *charitas sola discernit Filios Dei à Filijs demonis.* Ait D. August. Tr. 5. in Ep. Ioann. O Amor, ô charitas, Deus meus, accende me hac charitate.

MEDITATIO CCCLXI.

Feria 5. Dominica 3. Adventus.

De Appetitu D. IESU pleno sanctitate.

Aspiciam D. Iesu appetitus sanctissimos sicut Crystallus inter solis radios est lucidissima. Petam sanctitatis ejus fieri particeps.

Conf. 1. Sicut plenitudo scientie excludit ignorantiam, rectitudo voluntatis culpam, sic appetitus Christi excludunt omnem inordinatum affectum. Fuit anima Christi passibilis, quia separabilis à corpore, quia affectibus, sed moderatis, subiecta a mori, desiderio, gaudio, odio, fugæ, dolori, iræ, timori, sed moderatè. Nullus motus rationem antecessit, quia habuit omnes virtutes morales perfectas, quarum est subijcere appetitum rationi, neque fuisset ad incarnationis finem, assumere inclinationes inordinatas aut fomicè. Sed neque erat possibile eum capacem esse peccati.

Conf. 2. Qualiter ad imitationem D. IESU affectus cordis componam. 1. amorem temporalium D. Iesus despexit, & necessaria simplicissimè admisit. 2. Sine ulla prava intentione